Kulczycki Consorti Reformat.

Coram Officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Praemyslien.
gl. Comparens Mlis Basili Kulczycki Czopik sanus mente
et Corpore existens a Terrest. Districtibus Juribus Jurisdictionibusque
suis quibusuis propriis et Competentibus recedendo praesentibus se
Castren. Capitan. Praemyslien. Jurisdictioni quo ad Actum hunc
attinet secum successoribus ac bonis suis gl. omnibus totaliter exple
narie Incorporando atque submittendo palam libere publice ac
per expressum Recognouit. Quia ipse Mli Annae Szeptyczka ob
Mlis Pauli Szeptycki cum Mli Tenna Komarnicka Consorte
eius llima procreatae filiae suae Recognoscentis Consorti llimae
eiusque posteris summam Centum Quinquaginta floren. polon.
ratione Veri Dotis et expeditionis post ipsam accepti et in do
mum suam importati, nec non alia in summam similem
Centum Quinquaginta floren. polon. ratione Certi Veri su
sti et liquidi Dotalitii. In et super tota et integra Medietate
omnium gl. bonorum suorum haereditariorum et obli
gatoriorum, mobilium et immobilium, summarumque qua
rumuis pecuniarum Tam auri, Argenti, Clenodiorum Pri
orum, margaritarum, Stanni Cupri, Aeris, orichalci Vestium
Vestimentorum Equorum, Equitiei, pecorum, pecudum
ac totius Supellectilis Domesticae, nunc habitae et in posterum ha
bendae inquacunque forma et Materia existentium Dedit, do
tauit, dotalitiauit Inscripsit et Reformauit, prout dat, dotat,
Dotalitiat, Inscribit et Reformat praesentibus Per ipsam Nob
bilem Annam Szeptycka sui Recognoscentis Legitimam
Consortem eiusque posteros, eandem medietatem omnium
gl. bonorum suorum, haereditariorum et obligatoriorum,
Mobilium et immobilium, ac res suprascriptas omnes uniuersas

eorundem Utilitatibus et Usufructibus Competentibus et Prorogativa quavis, tenendi, habendi, et possidendi, illisque quiete et pacifice Utifruendi, ac ad suos suorumque successorum, quosvis beneplacitos Usufructus, libere et effectualiter Convertendi. Vigore ac more, aliarum Reformationum, hactenus et etiam in Regno observari Solitarum Praesentia sua personali Recognitione ad Praemissa omnia et singula mediante.

Vigore Laudi 10 Feria Tertia post Festum

10/VII 1669 Sanctae Margarethae Virginis et Martyris proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Nono.

Komarnicki alys Donat.

Comparens personaliter Coram Officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Premyslien. Nobilis Mathias Komarnicki Klimowczak, sanus mente et Corpore existens a Iamis Districtibus Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et Competentibus recedendo. Praesenti Vero Castren. Capitan. Premyslien. Iurisdictioni quo ad Actum hunc attinet, secum successoribus ac bonis suis globoribus totaliter et plenarie Incorporando, atque subiiciendo palam libere publice ac per expressum Recognovit. Quia ipse bona sua propria et haereditaria in praesenti Vallis Pularek w osiadku Kathyna od wody do kiczory, in bonis Villae Komarniki Terra et Districtu praesenti Premyslien. iacen. et Consisten. Cum omni praemissorum Iure Dominio, proprietate Tituloque haereditario, Omnibusque et singulis eorundem bonorum Utilitatibus, fructibus, proventibus, Commodis emolumentibus, obventionibus, attinentibus et pertinentibus globoribus Nihil ex praemissis Iuris dominii, proprietatis, haereditatis, ac Cuiusvis Competentis et Prorogativae, pro se Recognoscente, suisque successoribus, aut quopiam alio reservando seu excipiendo, Vero ita late, longe Circumferentia

literq, prout Praefatorum bonorum Praesentibus resignatorum, haereditas se in suis metis et limitibus ab antiquo extendit et protenditur, et prout eadem bona ipsemet Recognoscens, tenuit, habuit, et possidebat, ipsumq Concernebant, ac eidem ultime serviebant. Jam exnunc et defacto Nobilibus Wasko et Hrycko Komarnickim Druzbiczom eorumq posteris, dedit, donavit, Inscripsit, et resignavit, prout Praesentibus dat, donat, ac titulo mero, puro, perpetuo irrevocabilisq Donationis Inscribit et resignat perpetuo et in aevum irrevocabiliterq. In quorum quidem bonorum supradictorum Praesentibus Praefate Recognoscentem Donatore. Idem Recognoscens Nobilis Hrehori Komarnicki Klimurczak Nobilibus Wasko et Hricko Komarnickim Donatariis suis et illius successoribus, eam exnunc et defacto Coram Officio Praesenti, dat et admittit realem Intromissionem et actualem pacificamq possessionem Per Nobilem quemcunq Competentem, et Nobiles duos ‡ Per ipsis Donatarios suos et illorum posteris, haec eadem bona resignata, cum Universis eorum Utilitatibus et Usufructibus, attinentiisq et pertinentiis illorum Universis, tenendi, habendi et possidendi, illisq Quiete et pacifice Utifruendi, ac ad suos suorumq successorum quosvis beneplacitos Usufructus, libere et effectualiter Convertendi, perpetuis et aeviternis temporibus. Debetq et tenebitur, memoratus Recognoscens Nobilis Hrehori Komarnicki Klimurczak, prout se ac suos successores in et super bonis suis generalibus, ac summis pecuniariis quibusvis habitis et habendis, supradictis Nobilibus Donatariis suis Inscribit et obligat Praesentibus Ipsos Donatarios suos et eorum successores, in dictis bonis Donatis, et ratione eorundem omnium, ab omni et quavis impetitione iuridica quarumcunq personarum, Cuiuscunq Conditionis, status et sexus, cuiuncq existentium ex occasione supradictorum excommunicatione per omnes Praesentes Terrestres, prout ad quamlibet personam Terrestris spectat et pertinet Praescriptio, in omni Judicio et Officio Regni semper toties quoties opus fuerit tueri, defendere, evincere, Intercedere, indemnemq cum posteris reddere, necnon haec eadem bona Donata ab omni

‡ dié quacunque voluerint officiose acceptandam

omnibus in genere Iuribus et Inscriptionibus, prioribus et posterioribus super bona praefata, praemissaque cum, modo quovis cuiuscunque personarum factis et faciendis eadem afficientibus, Tum etiam a quibusvis Citationibus super eadem bona resignata, modo quovis importatis et importandis, Luris denique et perluensis, Processibusque iuris quibusvis, in quocunque puncto et gradu Iuris dependentibus, et in quovis Iudicio et Officio Regni obtentis et obtinendis, ac super praemissis omnibus praesentibus resignatis, pertractis et pertrahendis, emunitare et eliberare, munitaque et libera semper facere, ac etiam Intromissionem praefatam, Coram Officio praesenti admissam, in fundo bonorum praefatorum, praesentibus donatorum, dari per Ilnem et Illes duos, Officiose requiretur non denegare, imo debebit (imo debebit) et tenebitur, eandem libere dare et effectualiter admittere Datamque et admissa eadem, possessionem et Usumfructum, praemissorum omnium modo quovis, tam per se quam per suas, quasvis submissas et subordinatas personas, non praepedire nec adimere, ipsosque Donatarios suos ac illorum successores, in praemissis omnibus praesentibus resignatis, nullo modo iniuriari, Ita Ut hi eadem bona praesentibus donatas, cum Universis eorum Utilitatibus et Usufructibus, attinentiis et pertinentiis generaliter Universis, Idemque Donatarii sui, cum suis posteris, quiete et pacifice praesentis Inscriptionis Donationis Vigore, tenere habere et possidere queant, illisque Ut frui possint perpetuis et aeternis temporibus Idque sub Damnis Terrestribus simpliciter absque Corporali Iuramento tactandis et edicendis, per eundem Recognoscentem sive eius posteros, praefatis Donatariis suis Vel eorum posteris, ob non Completionem praemissorum omnium et singulorum, tam in parte quam in toto, toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendis Pro quibus quidem Damnis Terrestribus simpliciter tactatis modo praemisso ad solvendum succubitis, ac pro re aliqua Principali ex praemissis non Completa Complendas. Citatus exerit memoratus Recognoscens Illis Hrehori Komarnicki Klimuwczak sive eius

Suc

Successores, Ad Instantiam Suprascriptorum Illium Iwanko et Hryćko Komarnickich Drużbiczów Donatariorum Suorum Vel eorum posterorum Ad officium praesens Castrense Capitaneale Premysliense extunc recessu suprascripto quo ad res pertinentiam spectat mediante se semper in quolibet Citationis Termino, tanquam peremptorio stare Iuri parere, respondere, damna praetacta Terrestria luere, Inscriptioni huic satisfacere, ac omne Iudicatum pati debebit et tenebitur Seque ac suos Successores ad easque omnia Inscribit et obligat praesentibus Illum Terminum primum peremptorium Uti et alios omnes exinde Consequentes Causae eiusdem Terminos semper peremptorios Vera Infirmitate pro maiori minorennitate, Successorum Legatione, in tra Vel extra Regnum, servitio Militari, ad munimenta ad Guerram Vel aliisquibusvis dilationibus, et legalibus impedimentis non differendo ad Quietationem praetensos Ultra prosecutos Officii praesentis Castrensis Capitanealis Premysliensis Terminos dilationem sibi non recipiendo, nullasque Motiones Appellationes, ac earum prosequutiones faciendo, ac praemissa omnia primis simplicibus Vel Triplicatis Cuasionibus suspensionibus fatalis Iuris, praesertim Terrestri bello Conventioneque, ac aliis omnibus Iuris remediis et defensis non subterfugiendo, nec modo aliquovis evadendo. Itaque sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia et singula mediante

Vigore Laudi Feria Quarta post Festum Sanctae Margarethae Virginis et Martyris Proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Nono. 17/VII 1669

Inter Malawski et Kosaki Congressus mutua Roboratio

Comparens personaliter Coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus